



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Verbum Dei nobilitat. Cap. LXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

aspidem & basiliscū inoffensis plantis ambulat, & leonem fortissimum bestiarum conculcat, & ignem naribus spirantem oreq; euomentem terribilissimum draconem. Sic ergo armati sermonibus optimis, & accincti gladio spiritus sancti super femur nostrum, potentissimè pergemus ad prælium: & certemus (sicut viros virtutis oportet) legitimè, & tunc coronā iustitiæ accipiemus de manu domini.

Prou. 30.

2. Mac. 15.

2. Tim. 2.

2. Tim. 4.

Verbum Dei benedicit. Cap. LXIII.

Decimò, verbum Dei benedictionem cumulat obseruatoribus & factoribus suis. Ideo deus, legem facientibus, omne genus benedictionum pollicetur in veteronomio. Et contra, omnes maledictiones comminatur eis, qui verba sua operibus non implent, etiam vnum transgrediendo. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Idipsum Moses docet in Leuitico ad longum.

A

Num. 26.

Deut. 28.

Gal. 3.

Galat. 3.

Iacob. 2.

Leuit. 26.

Verbum Dei nobilitat. Cap. LXIII.

Vndecimò, summam nobilitatem hominibus adfert. Quia fratres mei, sorores & matres ij sunt, qui verbum Dei audiunt & faciūt: Imò, tales dij sunt, iuxta illud: Ego dixi dij estis, & filij excelsi, omnes. Hoc autem dixit de illis, ad quos sermo dei factus est. Voluntariè nāq; nos genuit verbo veritatis, teste Iacobo, et principe apostolorum teste: Renati sumus, in spem viuam, non ex femine corruptibili sed incorruptibili. Nempe, per verbum Dei viui & permanentis in æternum. Per verbum dei sumus, ciues sanctorum & domestici dei: genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, hæredes dei, & cohæredes Christi: Item, corporis eius membra, filij altissimi, & viuia templa spiritus sancti. Transeo multa.

A

Matt. 13.

Rom. 4.

Luc. 8.

Psal. 81.

Ioan. 10.

Iacob. 1.

1. Pet. 1.

Eph. 2.

1. Pet. 2.

Verbum Dei saluat. Cap. LXV.

Ce 3.

Duo-